

# **Mythologia, Venise, 1567 - VII, 15 : De Musis**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[96\] : De Musis](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 15 : De Musis](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII**

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 16 : Des Muses](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 15 : Des Muses](#) est une transformation de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## **Citer cette page**

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VII, 15 : De Musis, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 28/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/912>

## **Présentation du document**

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,  
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 228v°-231r°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Muses](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

labetur, vel in miserium mortis genus incidet. Ut igitur moderationem animi affectibus adhibeamus, neque quidquam nimis ex animo optare vult esse intelligamus, hæc ab antiquis de Orpho memo: ix prodita fuerunt, ac de Orpho satis nunc de Musis dicamus.

De Musis.

Cap. XV.

**10** **M**usæ, quæ poetarum præsides, omniumque cantilenarum autores fuisse putabantur, Iouis & Mnemosynes filiæ dictæ sunt, veluti tellatur **Orpheus in hymno in Musas hoc pacto;**

*Mnemosyne, qui Cœlestis Lenoxia summa  
Musæ, orphæ, puerorum, & Amoris.*

**Mnemosynesq; Iouisq; fatas de semine canto**

**Pieridas Musas, præclaræ numina famæ.**

**Et Hesiodus in Theogo.**

*progenitrix d'Uranie, Iovis etiam Musæ.*

*Ipse alii natus regum, amoris, Musæ.*

*Læta, Tropæ, Aterfalia, &c. & pueræ.*

**Mnemosynen pulchram dilexit Iupiter, ex qua**

**Inde nouem Musæ claræ nascuntur: & illis**

**Sunt semper cantus cordi, & conuiua læta.**

Cicero lib. 3. de nar. Deor. ex altero Ioue natas esse quatuor Musas scribit, Theliopen, Mnemen, Aaden, Meleten. Et tertio Ioue nouem & ex Mnemosyne: & tertio item Ioue Pierias & ex Antiopa, priotibus parés numero. qui ordines & si tres fuerunt, tamen Iouis & Mnemosynæ omnes filiæ dicuntur; atq; natæ sunt in Pierio monte, ut ait Zer. hist. go. chil. 6. Scribit Paus. in Bzoticis primos omnium Alœi filios tres Musas sanxisse coli religione oportere, Meleten, Mnemen, Aaden: mox Pierum Macedonem cum Thespianis venisset, instituisse ut nouem Musæ his ipsis nominibus, quibus in hac

**30** vñ; diem vocatæ sunt, colerentur. At Aristocles in libro de Choris tertio filias nouem Piero fuisse scribit, quas ille de nominibus Musarum appellaverit, ex quibus natæ sunt illi, qui Musarum filii dicti sunt à Græcis. Minnemus vero Cœli filias fuisse Musas ereditat, Ioue que fuisse antiquiores: cū aliæ etiam minores natu Ioue fuerint. Scriptum reliquit Euphanor in lib. de Tibicinibus Euphemen nutricem fuisse Musarum. Alii Memnonis & Theespia filias puerunt. Fuerunt apud Thespianenses Musarum ludi, qui Musæ dicti sunt, in quibus proponebantur cantilenarum & harmonizæ præmia viatoribus. Has Deas fuisse sacerorum conuiniorum, quæ fuisse per Iustificationes, & solennitatum, & omnis letitiae præsides, significauit Orpheus ita in hymnis;

*in tunc est ferre auctoritas, antea nullus.*

**Rite viris, quæ ostenditæ conuiua sacra.**

**Exdem & carminum & musicæ inuentrices fuerunt, & totius sapientiae moderatrices, sicuti tellatur idea Orphæ.**

*atque Sophytes invenitæ fuisse.*

**Temonem factæ sophix hæc audite tenentes.**

Plutarchus tanq; in libello de Musica ex Heraclio sententia non Musis, sed variis hominibus carminum inventionem cœcessit, qui primam cithara inventionem

*inventerunt.*

uentionem Amphioni Ionis & Antiope filio, eiusque poesim tribuit; ut propte qui a patre doctus fuerit; Linumq; ait Eupocensem primum lamentationes & fletus caeruleo edidisse, sicut hymnos Anthedonium Ancham, Philammonemque Delphicum canticos de ortu Apollinis, & Dianae, & Latoni. Demetrius Byzantius libro tertio poematis non Musas, aut Musarum filias, sed ipsi Apollini hacum rerum inventionem tribuit: quippe quem dicat & tibiam, & citharam, & fidium cantus inuenisse, cuius rei adducit argumentum, quod inter Apollinis sacrificia hymni canebantur cum tibiis; cuius etiā signum in Delo fuit antiquitus illo habitu ut dextra arcum, sinistra Gratias teneret: tum Gratiarum alia tibia, alia lyram, alia fistulam ori Apollinis admovebat, ut ait Paul. Hęc Deę magnum sunt in aduersitatibus solatum, & non leues illecebre ad res honorificas, cum ab illegitimis voluptatibus, & ab omni libidine nos reuocent, ut ait Theocritus in Cyclope;

10.

Necis, uti ἔργητε θεοί δέοντες, τούτοις  
εται απόδειον οὐκοῦ δέοντες εγένετο.  
Πάντα μέτρα τοιαῦτα, τοιαῦτα πάντα.  
Nulla magis flamas medicina repellit amoris,  
Non quez potatur, quæ voguntur vulnera, quam vis  
Pictum, leuis haec & dulcis quippe medela  
Munere concessa est superum mortalibus agris.

20.

Harum munus fuit militum animos per carmina inflammare in bellum, hanc viros bonos in calamitatibus consolari, harum praecipua facinora & res gentes decantare, ut eorum imitatione exerci mortales ad virtutem incitarentur, quippe cum illi cantilenæ essent in antiquorum conuiuis, ut patet in libello de Musica apud Plutarchum. Nam Homerus etiam convenire existimat, ut heroum animi seueris & decoris cantibus acuerentur, ut sapius reuocatis in memoriam præclaris virorum illustrium rebus gestis mox instructi & accensi cum hoitibus dimicarent, fuit enim cancerum & poetarum antiquorum institutum, ut se non solum moderatores animorum, sed etiam morum magistri cum suavitate profiterentur. nam Graece ciuitates liberis ab initio prima adolescentia rudimenta poeticæ tradiderunt, non illius qui dem nudis, nec spoliatis omnino voluptate, sed castis tamen & moderatis. Ex illa igitur musici cantus & lyrae & tibiarum modos docentes se & ipsi morum magistri atque emendatores profitebantur, quæ a Pythagora, & a posteris deinde Pythagoricis audiebantur. Homerus propterea cantores morum correctores appellauit, cum scriperit lib. 3. Odyss. cantorem custodem & monitorem Clytemnestra relictum fuisse ab Agamemnoue; qui molierū laudes pescurrens earum, que matris absentibus temperanter & caste vivebunt; desiderium quoddam honoris, & gloriae, & probitatis in eius animo impresisit. postea dulcem faciens consuetudinem a malis cogitationibus abhorrentem illius animum confirmauit, neque prius illa potitus est Aegisthus, quam cantorem obruncrarit. cantabantur autem ab antiquis vel philosophicæ vel astronomicæ cantilenæ in conuiuis, cuiusmodi est apud Virgilium cantus lopæ in conuiuio Didonis; vel illustrium virorum præclaras facinoras ibidem cantabantur, quibus posteri ad illorum imitationem ad virtutem inflammarentur, ut est illud Homeri in lib. 1. Odyss.

30.

40.

Ait ergo inservient, ut servent ipsi locis.

Mmm

Mcc

## Mythologiae

Musæq; aëris aëris dæc; musæ aëris aëris.  
Vt dapibus depulsa fames, vinoque refeati,  
Musæ iubet canere hinc illustria facta virorum.

Sic etiam, vt est lib. primo Iliad. cum præcones Agamemnonis ad tentorium  
Achillis adueniassent, illum cum cithara canentem illustrium virorum fa-  
cinora inuenierunt, vt est in his;

Aeneas pueri ex aëris canit quo tentoria  
pueri ex aëris, pueri quæstas aëris aëris.  
Tentoribus inter aëris, aëris in aëris,  
Tentoribus inter aëris, pueri quæstas aëris,  
aëris, pueri, aëris, pueri quæstas aëris.  
Tentoribus inter aëris canit quo tentoria  
Tentoribus inter aëris, aëris in aëris.  
Numina suppliciter Neptuni hi sancta precantur,  
Mentibus Aeacidez magni suadere loquendo,  
Myrmidonumq; adeunt iuxta tentoria naues.  
Mulcentem cithara hunc mentem inuenere sonora,  
Pulchra, ex argento cui clara manubria: & illam  
Ceperat è spoliis vrbs diruta vt Hectonis.  
Hac animum mulcens cantabat facta virorum.

60 Hæc erant illa ad virtutem & ad simulationem incitantia, quæ in conuiciis,  
in publicis conuentibus, & vel inter pocula ab antiquis cantoribus caneban-  
tur; res gloriose gestæ scilicet illustriam virorum, qui vel feliciter cum hor-  
ribus dimicassent, vel fortiter in bello pro patria cecidissent. canebatur ali-  
quando cantilenæ ad mundi mirabilitatem pertinentes, & ad infinitam di-  
uinæ mentis, summiq; opificis sapientiam, aut ad astrotum cognitionem;  
cuiusmodi sunt illa que canuntur apud Apollonium lib. 1. Argonaut.

30 Cithara de rara aëris opacis, sed Ætherea  
Tè aëris cælestibus per sonorata ut aëris  
Naturæ, & Ætherei strappus æris tentoribus.  
Æterna cithara aëris in æterno tenuis cithara  
Æterno, eternaque, tenuiæ æterno.  
Cithara de nra rada, aëris de metropolitæ cithara  
ætereæ ræpunctæ, qui cœptæ nra cœptæ.  
Æterna cithara de rada cithara cœptæ.  
Æterna cithara de rada cœptæ nra cœptæ.  
Æterna cithara de rada cœptæ nra cœptæ.  
Nanque canebat ut primum cœlum, mare, terra,  
Vna fuit facies; commistaque forma vicissim.  
Singulaque ut fuerant mox tristri lute dirempta.  
Vt Hellis cœlum sedes firmisima, lunæ  
Quæ ambages, solisque vix, flexusq; recurvi.  
Vt sunt cum Nymphis montes & flumina nostra;  
Serpentumq; genus varium, & genus acre ferarum.  
Vt prius Eurynomeq; & Ophion semine nata  
Oceanæ imperium tenuere nivalis Olympi.  
Vtque hic vi imperii Saturno celsit honorem;

III.

Illa Rhei. hinc lauere maris sub fluib[us] altis.

Tanta denique fuit antiquorum cantorum modestia & temperantia, ut neque inter procos quidem Penelopes turpis aut lasciva canerentur; quamvis essent iuuenes ad omnem libidinem, omnemque intemperantiam maximè propensi; sed canebatur apud hos redditus Graecorum in patriam laboriosus sane ac perdifficilis; sicut patet ex his;

τοντούς οὐδεὶς ἄνθεις αποδέρει, τίτανες εἰσαγόνει.

Εἰσει δεῖτε τε, τοῦ Αχαιοῦ νῆσον εὖτε.

Δυρψίς, οὐκ εἴη στρατηγὸς οὐδὲν αὐτούς.

Egregius cantor cantabat ibi, hiq[ue] silentes

10.

Audibant: redditum cantor cantabat Achium.

Difficilem è Troia, quem Pallias præbuit illis.

Haram igitur cantilenarum, & cantorum, & poetarum præfides Musæ putabantur, quarum dux creditus est Apollo. Has tanta suauitate dixerunt esse sapientes, ut optimum creditur sint remedium aduersus omnes voluptatum illecebras, sicut ait Theocritus in Pastoribus;

τοῦ ιαπετίου πλούτοντος, τοῦτο μελαγχονία

αύτοις, λαζαρίαν μάταιον φύει. οὐδὲ γέρωντας

γελούσσοις, τούτοις οὐτούς λαζαρίαν εἶρε.

Non ita ver gratum est apibus, non lumina florum,

20.

Vt mihi sunt Musæ, quos lutei respiciunt ha.

Ledere non possunt mox diræ pocula Circes.

Est autem Musarum vis propè admirabilis credita; quippe cum ob suauitatem orationis, rerumque & segmentorum mirabilem varietatem, multa pro veris falsa persuadeant. neque quidquam sit tam tenue & imbecillum quod poetarum peritorum artificium non mitificè extollat; cum præsertim ipsæ de seipsi dicant in Theogonia;

Ὕμνοι φύσει ταλαιπώλειον θεούς

Ὕμνοι τούτοις θεάματος, θεοῖς αὐτοῖς.

Mentiti scimus permulta simillima veris.

30.

Silibeat rursos, scimus quoque vera profari.

Fabulati sunt antiqui Musas grauiter ferentes, quod Venus amoris stimulos ubi iniunxisse, Adonim necesse eius amicum, cum aliæ aliorum mortaliū desiderio captae fueront. vt Calliope Oeagri, ē quo peperit Orpheū & Cymothonem; Terpsichore ē Scrymone Rhesum suscepit. Clio Linum ē Magnete, atque aliæ ex aliis. Nam de landibus venationis cantum pessimum canentes illum hiantem & imbibentem cantum detinuerunt, donec Mars Adonis rualis in aprum verteretur, ipsumque Adonim percuteret; vel, vt alii magis placuit, in Adonim aprum excitaret, à quo fuit iactus. tum ex Adonis sanguine nata est anemona rubra, cum prius esset alba. cum 40 Venus passis capillis ac nudis pedibus eō accurreret rola rubuit ob Veneris sanguinem, quia spina eius pedem grauiter pupugilat. fuerunt tamen nonnulli, qui Musas semper castas fuisse dixerint, vt testatur Plato in eo epigrammate, quod est apud Diog. Laert.

Αὐτοίς Μίνωας, εργάσαντες αρρενίτας.

τριπάνη, οὐ τούτοις προσέφεντες.

χ' αὐτοῖς πεπτούσι, οὐταντας ταῦτα.

ἔποιοι μήτεν ταῦτα οὐ κατέβαν.

Mmm a Ad

## Mythologiae

Ad Musas Venus huc : dabo Amori tela pueræ

In vos , vel Venerem præcipio colit .

Ad Venerem Musæ ; Marti licet ista mitteris .

Ad nos non didicit ille volare puer .

Fuerunt loca multa Musis consecrata , à quibus cognomina sortitæ sunt , ut Heliconiades ab Helicone monte , quem Otus & Ephialtes illis consecravit , & à Pieria & Pimpla & Libetra , Pierides , Pimplides , Libetrides , & Parnades , & Pegasides : quæ loca illis consecrata fuerunt à Thracibos Bœotis accolis , ut ait Str. lib. 1 o. quia Thracæ præfex musæ operam dederunt , poetamque harmoniam inuenierunt , quales furentur Ephytorus , Orpheus , Thamyris , Museus , & Eumolpus , qui quod scitè caneret , nomen obtinuit . fama est Acheloi filias cum Musis de cantu ausas fuisse aliquando contendere , quæ prædictum supplicium passæ sunt . furentur etiam Cygni Musarum auctæ nominati ob cantum , ut tellatur Callimachus in hymno in Delù hoc paæo;

EO

Et p[ro]p[ter]e ipse . aversis ad D[omi]nū p[re]latis suis

proposita tractabat[ur] laudatio deo[rum] Aeneana

E[st] p[ro]p[ter]e , utri[us]q[ue] deo[rum] i[n]vocat[us] di[us] Argus

p[ro]missa[re] i[n] p[ro]p[ter]e agitante ritu[m]o[rum]

20

Hec dixit . Cygni[que] dei præ dulce canentes

Mænonium linquo[nt] Pactolum , ter[ti]o[rum] quater[ti]o[rum]

Mox circa Delam volitant , circaque pueram ,

Musarum volucres , aubus mage turba canora .

EO

Nec plura his ferè de Musis tradita sunt ab antiquis , quæ nunc breuiter explicemus . Musas alii Mnemosynæ & Louis , alii Antiope & Louis , alii Mænonis & Thespia filias fuisse putarunt ; quoniam Musæ scientia , & optimus affectus animi ad illam inbibendam creditus est , qui non nisi diuinitus in nos influit , cum omne bonum datum sit de celo descendens a patre luminum : consuetatur tamen & augetur memoriz bonitate & exercitatione ; quare & Louis & memoriz filias Musas dixerunt . Quid enim est aliud Mnemosyne ,

30

quim Memoria ? Antiope rursus exercitatio est vel potius simulatio , cum quis pro viribus contendit , ne ab alio supereretur canendi peritia . Neq[ue] aliud est sane Memnon quam memoria , aut Thespia quam diuinatio , & diuina cognitio . id apertius etiam declarant nomina illarum Musarum , quæ fuerunt ab Aloei filiabus cultæ : Melete scilicet exercitatio , Mneme memoria , Aude cantus . Qui Musas cœli filias dixerunt & Ioue antiquiores , in idem propæ recidunt , nisi quod hi Iouem non mythicè sed historice intelligunt . Harum Musarum nutricem fuisse Euphemen dixerunt , quoniam bonū nomen & gloria , & laus atque honor artes ac disciplinas alunt : neque illius stimulus est hominibus acutior ac potentior quam gloria , ad impellendum ad res hono-

40

rificas . Qui Musas tres tantum esse arbitrati sunt , crediderunt illas esse artes , per quas persueneretur ad sapientiæ cognitionem . Communior tamen fuit opinio quod Musæ essent sphærarum animæ : Urania scilicet stelliferi cœli , & eius sphæra , quæ vocatur aplanæ ; Polymnia Saturni , Terpsichore Louis , Clio Martis , Melpomene solis , Esato Veneris , Euterpe Mercurii , Thalia Lunæ ; quæ sicuti magis recedunt à medio mundi , ita diversos sonos efficerent . Nam cum aliæ sphærae tardiores sint , aliæ velociores , aliæ medium inter hos motus sortiantur , eadem credita fuit sonorum esse differentia ; ita ut ex velocissimo & ordinato cœlorum motu , contactuq[ue] potentissimo & va-

tia &

ria & ingens efficeretur melodia, ut arbitrati sunt Pythagorici. Sunt igitur octo Musæ commemoratae, totidem spherarum toni, ex quibus redundat illa quæ nona addita est, Calliope; quæ bonum concentum dixerim. Hæ cum sunt propinquæ primo corpori, quod mouetur, cui sedes Dei proxima creditur, dictæ sunt circa aram Iouis trispudiare, ut ait Hesiod. in his;

*qui te tropi aperte invita nunc' avatato;*

*et tu' ubi' i'xq'ri'na, qui' f'nt'q'f'nt' ap'li'na.*

*Hæ teneris pedibus vitrei nam fons ad oras*

*Visque choros ducunt Iouis omnipotentis ad aram.*

Cum verò varia sint harum Musarum studia, variis quoque delectationibus capiuntur animæ mortaliæ, quæ ex illis sphæris ut senserunt Pythagorici, descenderunt. Nam qui è luna, cum magis Thaliz naturæ sint obnoxii, comica lascivis, & petulantis delectantur. Qui descendunt è Sphæra Saturni, vel è Polymnia, cum sicco sint ac frigido temperamento, multa pollut rerum pœnitentiarum memoria: nam ingenia & corporum natura cù natura planetarum pierunq; consenctunt, & idcirco alii aliis studiis delectantur. Sed horum planetarum vires, ac varietatem studiorum ita expressuræ illa carmina;

*Clio gesta canens transactis tempora reddit.*

*Melpomene tragico proclamat me'la boatu.*

*Comica lascivo gaudet sermone Thaliz.*

*Dulciloquie calamos Euterpe flatibus vget.*

*Terpsichore affectus eitharis mouet, imperat, auget.*

*Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, voltu.*

*Carmina Calliope libris Heroica mandat.*

*Vranie eccl'i motu ferutatur & altra.*

*Signat cuncta manu, loquitur Polymnia gestu.*

*Mentis Apollineæ vis has mouet vndiq; Musas.*

*In medio rebdens complectitur omnia Phœbus.*

Nam scriptum reliquit etiam Zer. hist. 90. chil. 6. nihil aliud esse Musas quā cognitionem, & animi vim illam quæ intelligit; cum Helicon Musarum locus a vertendis foliis sit nominatus. Has igitur non harmoniæ solum musæ ex vim habere arbitrati sunt antiqui, sed etiam componendorum morum, temperandorumque animorum ab immoderatis perturbationibus. Nam qui Musice & poetice facultatis studiosus sit, is ferè libidinosus & inhumanus esse non solet; cum omnia vita otium & inscitiam, at non disciplinarum studia, comitentur. Inde accidit ut musicam diuinam scientiam crediderit Pythagoras, ut ait Strabo lib. x. Geogr. Cum crederet igitur antiqui omnes res humanas à mente diuina, & à corporibus cœlestibus aliquo pacto gubernari, omnem cuiusq; peritie præstantiam deorsum mitti tradiderunt i 40 sole, & à ceteris planetis: cum re ipsa sine ope diuina vis humana debilis & imbecilla sit ad omne opus perficiendum: quare Musæ sepius ad ferendam opem vocantur à poetis. Illi, qui Musarum filii dicti sunt, ea fuerunt ingeniorum scientiæque præstantia, ut diminutus è celo demissi inter homines videntur, cum nullum Veneris desiderium alioquin cadere possit in corpora cœlestia. At nunc de Dædalo dicamus.